

Alia lfa
ambulabit

ocio: in negotio: in domo: in lecto: in cōui-
uio: in colloquio: in deambulatione visi-
tet v̄sa corda: vbi nos sum⁹. **V**iciat imber
dei: et fructificet qđ ibi seminatū est: et vbi
nō sum⁹ nos et securi qđescim⁹: aut aliđ agi-
mus: deus dat incrementū semib⁹ qđ sparsi-
mus: vt attendentes postea bonos mores
v̄ros etiā de fructu gaudeam⁹. **Q**uā dñs
dabit suauitatē: et terra n̄ra dabit fructum
suū. **I**usticia autē eā p̄bit: et ponet
in via gressus suos. **I**usticia illa est qđ
est in p̄fessione p̄ctorū: veritas enī ip̄a ē. **I**u-
stus enī debes esse in te: vt punias te: ipsa
p̄ma est hoīs iusticia vt punias te malū: et
faciet te deus bonū. **Q**uia ḡ ip̄a est p̄ma
hoīs iusticia: ip̄a fit via deo: vt veniat ad
te de⁹: ibi illi fac viā in cōfessione p̄ctorū.
Ideor̄ **J**obes cū baptizaret in aq̄ p̄nie: et
vellet ad se venire penitentes de suis p̄ori-
bus factis: dicebat hoc: **P**arate viā dño:
rectas facite semitas eius. **P**lacebas tibi
in peccatis tuis o hō: displiceat tibi quod
eras: vt possis esse qđ nō eras. **P**arate viā
dño: p̄cedat ista iusticia vt p̄stearis pecca-
ta. **V**eniet ille et visitabit te: qđ ponet i
via
gressus suos. **E**st enī iam vbi ponat gress⁹
suos: est vbi ad te veniat. **A**n autē qđ p̄ste-
reris peccata: intercluseras ad te viā dei:
nō erat qua ad te veniret: **C**ōfiteri vitam:
et ap̄is viā: et veniet christus: et ponet in via
gressus suos: vt te iformet vestigijs suis.

Explicit Tractatus de ps. LXXXIII

Incipit Tractatus de ps. LXXXV.

Nillū maius donū p̄stare de⁹ pos-
set hoīb⁹: qđ vt v̄bū suū p̄ qđ cō-
didit om̄ia faceret illi caput: et illos
ei tanq̄ mēbra coaptaret: vt esset filius dei
et filius hoīs: et vnus deus cū p̄re: vn⁹ hō
cum hoīb⁹: **E**t qđ loquimur ad deum
deprecantes: nō inde filiū sepemus: et quan-
do p̄cat corpus filij: nō a se separet caput
suū: sitq̄ vnus ip̄e saluator corporis sui do-
min⁹ n̄r̄ **J**esus christus filius dei: qđ et oret
p̄ nobis: et oret in nobis: et oretur a nobis.
Orat p̄ nobis: vt sacerdos n̄r̄: **O**rat i no-
bis vt caput nostrū: **O**rat a nobis: vt de⁹
n̄r̄. **A**gnoscamus ḡ in illo voces n̄ras: et
voces ei⁹ in nob. **N**ecq̄ cū aliqd dī de dño
n̄ro **J**esu christo marie in p̄pheta qđ p̄ti-
near velut ad quandā hūilitatē indignaz
deo: dubitem⁹ illi eā tribuere qđ non dubi-
tauit se nob adiungere. **E**i q̄ppe fuit vniuer-
sa creatura: qđ p̄ ip̄m facta ē vniuersa crea-
tura. **E**t p̄pterea cū eius sublimitatē diui-

nitatemq̄ intuemur: qđ audim⁹: **I**n p̄nci-
pio erat v̄bum: et verbū erat apud deū: et
deus erat verbum: h̄ erat in p̄ncipio apud
deū: om̄ia p̄ ip̄m facta sunt: et sine ip̄o factū
est nihil: intuentes hanc excelsam et super-
eminētissimā: et excedentē oīa creaturā
sublimia diuinitatē filij dei: **A**udim⁹ etiā
in aliq̄ parte scripturaz velut gemētē: orā-
tem: confitentē: et dubitam⁹ ei tribuere ver-
ba h̄: ex eo qđ cogitatio n̄ra de recētē ei⁹ cō-
templatione qđ erat in diuinitate: pigrescit
descendere ad eius humilitatē: et tanq̄ fa-
ciat illi iniuriā: si ei⁹ v̄ba in hoīe agnoscat:
ad quem verba dirigebat: cū deū deprecare-
tur. **H**eret plerūq̄ et conat̄ mutare senten-
tiaz: et nō ei occurrit in scriptura: nisi qđ ad
ip̄m recurrat: et ab illo deuiare non sinat.
Exp̄giscat ḡ et euigilet i fide sua: et videat
qđ ille quem p̄tēplabat paulo an̄ in forma
dei: formam sui accepit in similitudine ho-
minū factus ē: et habitu inuent⁹ vt hō: hu-
miliauit se factus obediēs vsq̄ ad mortē.
Et v̄ba psalmi voluit esse sua in cruce pen-
dens et dicens: **D**e⁹ me⁹ de⁹ me⁹: vt quid
me dereliquisti: **O**rat ḡ in forma dei: orat
in forma sui: ibi creator: h̄ creatus: creatu-
rā muntandā non mutatus assumēs: et se-
cum nos faciens vnū hoīem: caput et cor-
pus. **O**ramus ḡ ad illū: p̄ illū: in illo: et di-
cimus cū illo: et dicit nobiscū. **B**icum⁹ cū
illo: dicit in nobis psalmi hui⁹ orationem:
Qui intulāt. **O**ratio **D**avid: qđ dñs
n̄r̄ fm̄ carnem filius **D**avid: fm̄ v̄o diuini-
tatem dñs **D**avid: et creator **D**avid. **E**t
nō solū an̄ **D**avid: s̄ an̄ **A**braā: ex quo **d**a-
uid: s̄ ante **A**dā ex quo oēs hoīes: sed et
an̄ celū et terrā: in quo oīs creatura ē. **N**ō
ḡ cum audit h̄ v̄ba: dicat: nō christus dic:
aut rursus dicat: non ego dico: imo si se in
christi corpe agnoscat: vtrūq̄ dicit: et chri-
stus dicit: et ego dico. **N**on potes aliqd di-
cere sine illo: et dicit aliquid sine te. **N**onne
habemus in euāgelio vbi certe scriptū est.
In p̄ncipio erat verbū: et v̄bum erat apud
deū: et deus erat v̄bū: oīa p̄ ip̄m facta sunt:
Ibi certe habem⁹: et contrastatus ē **J**esus:
et fatigatus ē **J**esus: et dormiuit **J**esus: et
esuriuit et sitiuit **J**esus: et orauit et pernoctauit
in orando **J**esus. **P**ernoctauit inquit
Jesus. et stabat in orando: et globi sanguis
decurrebant p̄ corpus eius. **Q**uid ostēde-
bat qđ p̄ corpus orantis globi sanguis di-
stillabant: nisi qđ corpus ei⁹ qđ est ecclesia:
martyrū sanguie defluebat.

Expositio psalmi.
Inclina dñe aure tuam et exaudi me. Ille ex forma serui dicitur fuisse in forma dñi tui: Inclina domine aure tuam. Inclinat aure si tu non erigas ceruicem. Humiliato enim appropinquat: ab exaltato longe discedit: nisi quem ipse humiliatum exaltauerit. Inclinet ergo dominus aurem suam ad nos. Ille enim sursum est: nos deorsum. Ille in altitudine: nos in humilitate: sed non relictus. Ostendit enim dilectionem suam deus in nobis. **A**tenus cum adhuc peccatores essemus: christus pro nobis mortuus est: vix enim inquit pro iusto quis moritur. **N**am pro bono forsitan quis audeat mori: **B**onus autem nisi pro impijs mortuus est. **N**ec enim merita nostra precesserunt pro quibus filius dei moreretur: sed quia magis nulla erant merita: magna erat misericordia. **C**erta ergo firma promissione fuit iustis vitam suam: quod donauit iniustis mortem suam. **I**nclina domine aure tuam et exaudi me. **Q**ui egenus et inops ego sum. Ergo non inclinatur aure ad diuites: sed ad inopem et egenum inclinatur aure: id est ad humile et confidentem: ad indigentem misericordia: non ad saturatum et extollentem se et iactantem se: quasi nihil ei desit: et dicentem: **H**as tibi: quia non sum sicut publicanus iste. **D**iuies enim phariseus iactabat merita sua: inops publicanus confitebatur peccata sua. **N**ec sic accipiatis fructus quod dixi: ad diuites non inclinatur aure sua: tamen non exaudit deus eos qui habent aurum et argentum: et familiam et fundos: si sic forte nati sunt: aut cum lucrum rerum humanarum tenent: tantum meminerint quod ait apostolus: **P**recipe diuitibus huius mundi non superbe sapere. **Q**ui enim non superbe sapiunt: in deo pauperes sunt. **E**t pauperibus atque inopibus et egenis inclinatur aurem suam. **N**on enim spem suam non esse in auro et argento: neque in illis rebus quibus ad tempus circumfluere videntur. **S**ufficit ut diuitie non illos perdant: ut non obsint satis est. nam prodesse nihil possunt. **P**lane prodest opus misericordie et in diuites et in pauperes. **I**n diuites ex voluntate et opere: in pauperes ex sola voluntate. **C**um ergo talis est contemnens in se: quicquid est vni superbia solet inflare: pauper dei est: inclinatur illi aurem suam: nouit enim contribulatum cor eius. **C**erte fratres ille pauper ante ianuam diuitis vlcerosus qui iacebat: ab angelis ablatum est in sinum abrahe: sic legimus: sic credimus. **D**iuies autem ille qui induebatur purpura et bysso: et epulabatur quotidie splendide: ablatum est ad inferos ad tormenta. **N**am quid vere ille

Alia lra
 inops et pau
 per

pauper merito illius inopie ablatum est ab angelis: diues autem ille propter diuitiarum suarum ad tormenta missus est. **I**n illo paupere humilitas intelligitur honorificata: in illo diuite superbia damnata. **B**reuis probo quia non diuitie: sed superbia in illo diuite cruciabat. **C**erte ille pauper in sinum abrahe sublatus est. **B**e ipso abraha dicit scriptura: quia habebat plurimum auri et argenti: et diues fuit in fratribus. **S**i qui diues est ad tormenta rapitur: quomodo abraha precesserat pauperem ut ablatum in sinum suum susciperet. **S**ed erat abraha in diuitijs pauper: humiliter tremens: et omnia precepta obaudiens. **E**t sic adeo autem pro nihilo habebat illas diuitias: ut iussus a domino filium suum immolaret: cui fuerat diuitias. **V**iscite ergo esse inopes et pauperes: siue qui habetis aliquid in isto seculo: siue qui non habetis. **N**am et hominem mendicum inuenitis superbientem: et hominem super abundantem diuitijs inuenitis putentem. **R**esistit deus superbis et holosericanis et pannosis humilibus autem dat gratiam: et humilibus aliquam subam huius seculi: et non habetibus interior inspector est deus. **I**bi apponitur: ibi examinat. **S**tatera dei non vides: cogitatio tua in illa leuatur. **V**idete quia meritis exauditionis sue: id est quo exaudiret in eo posuit ut diceret: **Q**ui egenus et inops ego sum. **O**bfusa ne non sis egenus et inops: si non fueris non exaudieris. **Q**uicquid est circa te vel in te vni possis presumere: abijce a te: et tota presumptio tua deus sit. **I**lius indigens esto: ut ipso implearis. **Q**uicquid enim aliud habuerit sine ipso latet: inanis eris. **C**ustodi animam meam quoniam sanctus sum. **H**oc uero: quoniam sanctus sum: nescio utrum potuerit forte aliter dicere nisi ille qui sine peccato erat in hoc mundo: peccatorum omnium non commissor: sed dimissor. **C**ognoscamus uocem dicentis: quoniam sanctus sum: custodi animam meam: utique in illa forma fuit quam assumpsisset. **I**bi enim caro: ibi et anima. **N**ec enim ut non nulli dixerunt: caro sola erat et uerbum: sed et caro et anima et uerbum: et totum hoc uerbum filii dei: uerbum christus: uerus saluator in forma dei equalis patri: in forma fuit caput ecclesie. **E**rgo quoniam sanctus sum cum audio: uocem eius agnosco: et hic separo meam. **C**erte inseparabiliter a corpore suo loquitur cum sic loquitur: et audebo ego dicere: quoniam sanctus sum. **S**i sanctus tantum sanctificatus: et nullo sanctificatione indiget: superbus et mendax: si autem sanctus sanctificatus: secundum id quod dictum est: **S**ancti estote: quoniam ego sanctus sum: audeat et corpus christi

sti: audeat et vnus ille homo clamans a finibus terre cum capite suo: et sub capite suo dicere sanctus sum: accepit enim gratiam sanctitatis: gratiam baptismi et remissionis peccatorum. Et hec quod de fuisse ait apostolus: enumerans multa peccata et leuia et graua et vsitata et horribilia: Et hec quod de fuisse: sed abluti estis: sanctificati estis. Si ergo sanctificatos dicit: dicat et vnusquisque fidelium: sanctus sum. Non est ista supbia elati sed confessio non ingrati. Si enim dixeris te sanctum esse ex te: supbus es: rursus fidelis in christo: et membrum christi: si te dixeris non esse sanctum: ingratu es. Arguens enim superbiam apostolus non ait: non habes: sed ait: quid enim habes quod non accepisti? Non arguebar quod dicebas te habere quod non habebas: sed quod ex te tibi volebas esse quod habebas. Immo et habere te agnosce: et ex te nihil habere: vt nec supbus sis nec ingratus: dic deo tuo sanctus sum: quod sanctificasti me: quod accipis: non quia habui: quod tu dedisti: si quod ego merui. Etenim ex alio latere incipis iniuriam facere ipsi domino nostro Iesu christo. Si enim christiani omnes et fideles et baptizati in illo: ipsum induerunt: sicut apostolus dicit: quotquot in christo baptizati estis christum induistis: si membra sunt facta corporis eius: et dicunt se sanctos non esse: capiti ipsi faciunt iniuriam: cuius membra facta non sunt. Iam vide vbi sis: et de capite tuo dignitatem cape. Etenim erat aliquando tenebre: nunc autem lux in domino. Fuisse aliquando inquit tenebre: sed nunquam tenebre remansistis: Ad hec ille luminator venit vt et tenebre remaneret: an vt in illo lux fieretis? Ergo dicat et vnusquisque christianus: imo dicat totum corpus christi: clamet vbiusque patiens tribulationes diuersas: temptaciones et scandala innumerabilia: dicat. Custodi animam meam: quoniam sanctus sum. **Saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te.** Ecce ille sanctus non est supbus quia sperat in domino. **Miserere mihi domine quoniam ad te clamaui tota die.** Non vna die: tota die: omni tempore intellige: ex quo corpus christi gemit in pressuris vsque in fines seculi: quo transeunt pressurae: gemit iste homo et clamat ad deum: et vnusquisque nostrum pro portione habet clamorem suum in toto isto corpore. **Clamasti tu diebus tuis: et transierunt dies tui: successit tibi alius: et clamauit diebus suis: et tu hic: ille ibi: ille alibi.** Corpus christi tota die clamat sibi decedentibus et succedentibus membris. Vnus homo vsque ad fines seculi extendit. Eadem membra christi clamant: et quidam membra iam in illo requiescunt: que

dam modo clamant: quidam vero cum ipsi nos requirimus clamabunt: et post illa alia clamabunt. **Totus corpus christi hic attendit vocem dicentis: Ad te clamaui tota die.** Caput autem nostrum ad dexteram patris interpellat pro nobis. Alia membra recipit: alia flagellat: alia mundat: alia consolatur: alia creat: alia vocat: alia reuocat: alia corrigit: alia reintegrat. **Jocunda animas serui tui: quoniam ad te domine animam meam leuaui.** **Jocunda eam: quia ad te leuaui eam.** In terra enim erat: et in terra amaritudinem sentiebat: ne in amaritudine contabesceret: ne omnem tue gratie suauitatem amitteret: Leuaui eam ad te: iocunda eam ad te: iocunda eam apud te. Solus enim tu es iocunditas: amaritudie plenus est mundus. Certe recte admonet membra sua: vt sursum corda habeant. Audi autem et faciant: leuent ad celum quod male est in terra. Ibi enim non putrescit cor: si leuet ad deum. Frumentum si haberes in inferioribus: ne putresceret leuares ad superiora. Frumento tuo quis mutare locum: et cor permittis in terra putrescere? Frumentum leuares in superiora: cor leua in celum. Et vnusquisque possumus: Que funes: que machie: que scale operum sunt: Gradus affectus sunt iter tuum: voluntas tua est: Amado ascendis: negligendo descendis. Scias in terra: in celo es si diligas deum. Non enim sic leuat cor quod leuat corpus. Corpus vt leuet locum mutat: cor vt leuet voluntatem mutat. **Quoniam ad te domine animam meam leuaui.** **Quia tu domine suauis es ac mitis: ideo iocunda.** Tanquam tedio affectus ex amaritudie terrenorum indulari voluit: et quesuit fontem dulcedinis: et in terra non inuenit. Quacumque enim se vertebat: scandala: tribulationes: timores: temptaciones inueniebat. In quo homine securitas: Be quo certum gaudium: Nec de seipso vtius: quoniam stomachis de alio: Aut mali sunt: et necesse est eos pati: sed sperare: quod mutari possunt. Aut boni sunt: et sic eos oportet diligere vt timeamus: quod possunt mutari: ne mali sint. Ibi malicia eorum facit amaritudinem anime: hic sollicitudo et timor ne labatur qui bene ambulat. Quocumque ergo cor se conuerterit in terrenis rebus: amaritudinem inuenit. Unde dulcescat non habet: nisi leuet se ad deum. **Quoniam tu domine suauis et mitis.** Quid est mitis? **Portas me donec perficias me.** Vere enim fratres mei dicam tanquam homo in hominibus et ex hominibus: ferat quisque cor suum: et intueatur se sine adulatione: et sine palpatioe. Nihil est enim stultum

Alia Ista
Iustificata

Alia Ista
Iustificata
ter

Alia Ista
Iustificata

tius: q̄ seipm̄ quisq̄ palpet atq̄ seducat .
Attendat ḡ ⁊ videat q̄ta agūt i corde hu-
 mano: quemadmodū ip̄e plerūq̄ oratōes
 impediunt vanis cogitationib⁹: ita vt vix
 stet cor ad deū suū: ⁊ vult se tenere vt stet:
 ⁊ quodammodo fugit a se: nec inueit can-
 cellos q̄bus se includat: aut obices q̄sdaz
 q̄bus retineat auolatōes suas: ⁊ vagos q̄s
 dam motus: sed stet iocundari a deo suo .
Vix est vt occurrat talis oratio inf̄ multas
 oratōes. **D**iceret vnusquisq̄ sibi p̄tinge-
 re: ⁊ alteri nō contingere: nisi inuenirem⁹ i
 scripturis dei **D**auid orantē quodā in lo-
 co ⁊ dicentē: **Q**m̄ inueni dñe cor meuz vt
 ozarem ad te. **I**nuenire se dixit cor suū: q̄si
 soleret ab eo fugere: ⁊ ille sequi quasi fugi-
 tiuū: ⁊ non posse comp̄hendere ⁊ clamare
 ad dñm: **Q**m̄ cor meum dereliq̄t me. **I**ta-
 q̄ fratres mei attendēs qd̄ h̄ ait: **S**uauis
 es tu ⁊ mitis: videoz mihi videre h̄ q̄ ait
 mitas. **I**ocunda aiaz fui tui: qm̄ ad te dñe
 leuauī aiaz meā: qm̄ tu suauis ⁊ mit⁹ es: vi-
 deoz mihi videre ad hoc dixisse mitē deū:
 qz patit̄ ista n̄ra: ⁊ expectat tñ a nobis ora-
 tionē: vt p̄ficiat nos. **E**t qm̄ illi eam dederi-
 mus: accipit grate ⁊ exaudit: nec meminit
 tantas quas incondite fundim⁹: ⁊ accipit
 vnā quā vix inuenimus. **Q**uis enī ē fr̄es
 mei hō cum quo s̄lamicus ei⁹ cepit colloq̄:
 ⁊ noluerit illi respōdere collocutioni eius:
 ⁊ viderit eū auerti a se: ⁊ aliud loq̄ ad aliū:
 q̄s hoc ferat. **A**ut si forte interpellas iudi-
 cē ⁊ p̄stituas eū loco vt te audiat: ⁊ subito
 eū ad eū loquaris: dimittas eū: ⁊ incipias
 fabulari cū amico tuo qm̄ te tolerat: **E**t to-
 lerat deus tot corda precantiū: ⁊ diuersas
 res cogitantiz. **O**mitto dicere ⁊ noxias:
 omitto dicere aliqui peruersas ⁊ ininicas
 deo: ip̄as sup̄fluas cogitare iniuria ē eius
 cum quo loqui ceperas. **O**ratio tua locu-
 tio est ad deū. **Q**m̄ legis: deus tibi loquit̄:
 qm̄ oras deo loq̄ris. **S**z qd̄: **B**esperādus
 est de genere hūano ⁊ dicendū iā ad dam-
 nationē p̄tinere oēm hoīez cui surrepit ali-
 qua cogitatio orati: ⁊ interruptit orationez
 ip̄i. **S**i h̄ dixerim⁹ fratres: q̄ spes remane-
 at nō video. **P**orro qz est aliqua spes ad
 deū: qz magna est eius miscdia: **B**icamus
 ei: **I**ocūda aiam fui tui: qm̄ ad te dñe ani-
 mam meam leuauī. **E**t quomodo eam le-
 uauī: **Q**uomodo potui: quomodo tu vi-
 res dedisti: quō eā fugientē apprehendere
 valui. **E**xercidit tibi: quia quotiēscūq̄ aſi
 me stetiſti puta deū dicere: tanta vana ⁊ su-

perflua cogitasti: ⁊ vix mihi fixam ⁊ stabl-
 lem orationem sudisti. **Q**uia tu suauis es
 domie ac mitis. **D**ixis es: toleras me. **E**x-
 egritudine defluo cura ⁊ stabo: cōfirma et
 firmus ero. **B**onec aut̄ facias: toleras me:
 quia tu suauis es dñe ⁊ mitis. **E**t multū
 misericors. **N**ō enī solū misericors: sed ⁊
 multū misericors. **A**bundat enī iniquitas
 n̄ra: ⁊ abundat ⁊ tua miscdia. **E**t multū mi-
 sericors es. **O**ibus inuocātibus te.
Et qd̄ est qd̄ dicit multis locis scriptura: qz
 inuocabūt: ⁊ nō exaudiam eos: certe mise-
 ricors oibus inuocantib⁹ te: nisi qz qdam
 inuocātes: nō ip̄m inuocāt: **B**e quib⁹ dī.
Beuz nō inuocauerūt. **I**nuocant: sed nō
 deū. **I**nuocas q̄cqd̄ amas: inuocas q̄c-
 qd̄ in te vocas: inuocas q̄cqd̄ vis vt veni-
 at ad te. **P**orro si deum p̄pterea inuocas:
 vt veniat ad te pecunia: vt veniat ad te be-
 reditas: vt veniat ad te secularis dignitas:
 illa inuocas q̄ vis vt veniāt ad te: sed desū
 tibi adiutorem pontis cupiditatū: nō exau-
 ditōrē desiderioz. **B**eus bonus si det qd̄
 vis: **Q**uid si male vis: **N**onne erit tibi ma-
 gis nō dando misericors: **P**orro si nō dede-
 rit: iam nihil tibi deus ē. **E**t dicis: quantū
 rogauī: q̄ sepe rogauī: ⁊ nō sum exaudit⁹.
Quid enī petebas: **F**orte mortem inimici
 tui. **Q**uid ē si ille petat tuā: **Q**ui te creauit
 ip̄e ⁊ illi: hō es: hō est ⁊ ille: deus autez iu-
 dex est: audit amboz: s̄ nō exaudit amboz.
Tristis es: qz nō es exaudit⁹ ⁊ illum: gau-
 de qz nō est exaudit⁹ cōtra te. **E**go inquit
 non h̄ petebā: nō inimici mei petebā mor-
 tem: s̄ vitam petebaz filij mei. **Q**uid mali
 petebā: **N**ihil male petebas: sicut tu sentie-
 bas. **N**ā qd̄ si ille raptus ē: ne malicia mu-
 taret intellectū illius: **S**ed peccator iquis
 erat: ⁊ ideo volebam eū viuere vt corrige-
 retur. **T**u volebas eū viuere: vt melior es-
 set: quid si de⁹ nouerat si viueret peiorem
 futurū: **U**si ḡ nosti qd̄ illi p̄deset: mori an
 viuere: **S**i ḡ non nosti: redi ad cor tuū: di-
 mitte deo cōsiliū suū. **Q**uid ḡ inq̄s faciā:
Quid ozem: **Q**uid ozes: **Q**uod te docuit
 dñs: quod te docuit celestis mgr̄. **I**nuo-
 ca deū tanq̄ deū: ama deū tanq̄ deū. **N**il-
 lo meli⁹ nihil est: ip̄m desidera: ip̄m concu-
 pisse. **V**ide inuocantē deū in alio psalmo:
Quā petij a dño hanc req̄raz. **Q**uid ē qd̄
 petit: **U**t inhabitem in domo dñi p̄ omēs
 dies vite mee. **E**t qd̄ hoc: **U**t contempler
 delectatiōz dñi. **S**i ḡ amator dei esse vis:
 sincerissimis medullis castisq̄ suspitijs ip̄-

Alia lra
 7 multe
 cordie

sum dilige: ipm ama: illi flagra: illi inbia a quo iocūdi⁹ nihil inuenis: quo meli⁹: q̄ le- tius: q̄ diurni⁹. Quid enī tā diurnū q̄ id qd̄ est sempiternū: **Nō times** ne aliqñ a te peat: qui facit ne tu peas. **Si ḡ tu inuo- cas deū tāq̄ deū: secur⁹ esto exaudis: p- tines ad istū verum: Et mltū misericors oī bus inuocātib⁹ te. Noli ḡ dicere: Illō mī- bi nō dedit. Redi ad cor tuū: z p̄scias tuā liberaz interroga: parcere illi noli. Si vere deū inuocasti: certus esto qz id forte quod volebas t̄pali⁹: ideo nō dedit: qz nō tibi p- derat. Edificet in hoc cor v̄m fratres: cor christianuz: cor fidele: ne incipiat tristes facti veluti fraudati desiderijs v̄ris: ire in indignationē d̄ deum: z nō expedit aduer- sus stimulū calcitrare. **Recurrite ad scri- pturas: exaudit diabolus: z non exaudit ap̄ls: Quid vobis videt: quō exaudiunt demones: Petierūt se ire in porcos: z cō- cessum est eis. Quō exauditus est diabo- lus: Petijt Job temptandum: z accepit. Quō non ē exauditus ap̄ls: In magnitu- dine inq̄t reuelationū ne extollar: datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane q̄ me colaphizet: p̄pter qd̄ ter dñm rogavi vt auferret eū a me: z dixit mihi: Suffic̄ ti- bi gr̄a mea: nam v̄tus in infirmitate pfic̄t. Exaudiuit eū quē disponebat damnare: z nō exaudiuit eū quē volebat sanare: Naz eger petit mlt̄a a medico: nō dat medicus: nō exaudit ad volūtātē: vt exaudit ad sa- nitatem. Ergo medicū tuū pone deū: pete ab illo salutē: z salus tua ip̄e erit: Nō qua- si salutem extrinsecus: s̄ vt salus ip̄e sit: ne rursus ames aliā salutē p̄ter ip̄m: sed quō habes in psalmo: **Bic aime mee salus tua ego sum. Quid ad te qd̄ tibi donat: vt se ti- bi det: Vis vt det se tibi: Quid si qd̄ vis h̄re non vult ip̄e vt habeas vt se tibi det: Impedimēta remouet: vt itret ad te. Bo- na cogitatez p̄siderate fratres q̄ dat pecca- torib⁹: z hinc intelligite qd̄ fuit z fuis su- is. Peccatorib⁹ blasphemātibus eū quo- tidie dat celū z terrā: dat fontes: fruct⁹: sa- lutē: filios: copias: vbertatē. **Hec oīa bo- na nō dat nisi de⁹. Qui talia pctōrib⁹ dat: quid eum putas fuare fidelib⁹ suis: Hoc ne de illo sentiendū est: qz qui talia malis dat: nihil fuit bonis: Immo v̄o fuit: nō terrā s̄ celum. **Uilius forte aliqd̄ dico: cuz dico celū: s̄ seip̄m q̄ fecit celū. Pulchrum est celū: s̄ pulchrior est fabricator celi. S̄ video celū: z illū nō video. Oculos enim**********

habes ad videndū celū: cor nō duz habes ad videndū fabricatorē celi: Ideo venit de celo ad terrā: vt mūdet cor quo videat q̄ fecit celū z terrā. **S̄ plane cū patia salu- tem expecta: quibus te medicamētis curet ille nouit: q̄bus sectionib⁹: q̄bus v̄stionib⁹ ille nouit. Tu tibi egritudinē cōpasti pec- cando: ille venit nō solū fouere: s̄ z secare z vrere. Non vides q̄ta hoīes patiant⁹. Ib̄ medicorū manib⁹: spem incertā hoīe p̄mit- tente: **Sanaberis dicit medie⁹: sanaberis si secuero: z hō dic̄: z hoī dic̄: nec q̄ dic̄ cer- tus est: nec q̄ audit: qz ille dicit homi: q̄ nō fecit hoīez: z nō p̄fectē scit qd̄ agat i hoīe: z tñ ad verba homis plus nescientis quid agat in hoīe credit hō: subdit mēbra: liga- ri se patit: aut plerūq̄ etiā nō ligat⁹ secat z vr̄it: z accipit forte salutem paucorū diez: iam sanatus qñ moriat⁹ ignorās: z fortasse dum curat moritur: z fortasse curari nō po- terit. Cui aut̄ p̄misit deus aliqd̄: z sefellit:****

Auribus infige dñe orationem meā. Magnus orantis affect⁹. Aurib⁹ i- fige dñe orationē meā: id ē nō exeat de au- ribus tuis oīo mea: fige illā ibi in auribus tuis. Quō pturuit vt figeret oratiōz suaz in auribus dei: **Respondeat de⁹: et dicat nobis: Vis figam orationē tuā in auribus meis: fige in corde tuo legē meā. Aurib⁹ infige dñe orationē meā. Et intēde vo- ci orationis mee. In die tribula- tionis mee clamaui ad te qm̄ exau- disti me. Causa vt exaudires me: quia i die tribulationis mee clamaui ad te. Pau- loante dixerat: **Tota die clamaui: tota die tribulatus sum. Nullus ḡ christian⁹ dicat esse diem quo non sit tribulatus. Totā diē totuz tps intelligimus. Tota die tribulat⁹. Quia ḡ tribulatio ē: z qñ bñ ē vtiq̄ tribu- latio. Qñ tribulatio: **Q̄diu in corpore su- mus pegrinamur a dño. Nōlibet h̄ abun- det: nō dū sumus in illa patria quo redire festinam⁹. Cui pegrinatio dulcis est: non amat patriā. Si dulcis est patria: amara ē pegrinatio. Si amara est pegrinatio: tota die tribulatio. Qñ nō est tribulatio: **Qñ i patria delectatio. Delectatiōes in dexte- ra tua vsq̄ in finem: Implebis me leticia ait cū vultu tuo: vt p̄templer delectationē dñi. Ibi transiet labor z gemitus: ibi non oīo: s̄ laudatio: ibi alla: amen: ibi vox con- sonat cum angelis: ibi visio sine defectu: z amor sine fastidio. **Q̄diu ḡ nō ibi: videt⁹ qz nō in bono: sed abūdāt oīa: Abundent**********

*Alia fra-
scape*

*Alia fra-
trōp̄cationis
Alia fra-
tquia*

oia: vide si securus es: qz nō peūt oia. Sed habeo qd nō habebā: accessit pecunia q n̄ erat. Forte accessit z timor q nō erat: forte tanto securior eras: q̄sto paupior. Postremo sint copie: redūdet affluētia hui' secti: def securitas qd nō peat. Bicat de' desuper: etern' in his eris: eterna tecū erūt ista: si meā faciē nō videbis. Nemo carnē cōsulat: spūm p̄sulte: respondeat vobis cor vestrū: respōdeat spes: fides: caritas: q̄ in vobis esse cepit. Ergo ne si acceperim' securitatem nos in affluētia bonoz seculariuz sp̄ futuros: z diceret nobis de': Faciē meam nō videbitis: gauderem' in ill' bonis: Eligeret forte aliq̄s gaudere z dicere: Abundant mibi ista: bñ mibi ē: nihil amplius q̄ ro: nondū cepit esse amator dei: nondū cepit suspirare tanq̄s pegrin'. Absit: absit: recedant oia seductoria: recedāt blādumēta falsa: recedāt ea q̄ nobis quotidie dicunt: Ubi ē deus tu'. Effundam' sup nos animam nrām: cōfiteamur in lachrymis: gemamus i cōfessionib': i miseria suspirem'. Quicqd nobis adest p̄ter dñm nrm: non ē dulce: nolumus oia q̄ dedit: si nō dat seipsum q̄ oia dedit. Aurib' infige dñe orationem meā: z intende voci oratiōis mee. In die tribulatiōis mee clamaui ad te: qm̄ exaudisti me. **Nō est simil' tibi i dñs dñe.** Et qd dixit: Nō est simil' tibi i dñs dñe. Fingāt sibi deos q̄s volūt pagant: adducant fabros argētarios: aurifices: expolitores: sculptores: faciant deos. Quales deos: Oculos habētes z nō vidētes: z cetera q̄ dicit psalm' p̄sequēt. Sz ista nō colim' ait: nō colim': hec siḡ sunt. Et qd colitis: Aliud aliqd per': qm̄ dij gentiū demonia. Et qd: Nec demonia inqunt colim'. Plane nihil aliud habetis in tēplis: nihil aliud implet vates vros q̄s demoniū. Sz qd dicitis: Angelos colimus: angelos habem' deos. Nō: plane nostis angelos. Angeli enī vnū deū colūt: nec fauēt homib' q̄ volūt colere angelos: z nō deū. Naz inuenimus honoratos angelos phibentes homines: ne se adorarēt: s̄ vey deū. Sz angelos dicāt: hoies dicāt: qz dictū est: Ego dixi dij estis z filij altissimi oēs: Non est simil' tibi i dñs dñe. Olibet aliud cogitet hō: non ē sile qd factū illi q̄ fecit: Excepto deo qcqd aliud ē in natura rez: factū est a deo. Quantū interest inter eū q̄ fecit: z illud qd factū ē: q̄s digne cogitet: Iste q̄ dixit: Nō est simil' tibi i dñs dñe. Quantū autēz sit

Alia lra
tui

